

tuendam esse die überfünftliche und gemüthliche Sprache Gottes/ die keiner irdischen oder bekanten menschlichen Sprache gleich/ P. III. p. 42; *argumentationum* autem *formulas* a rerum theologicarum tractatione penitus removendas esse & proscribendas. Prius quod attinet, dicit P. IV. p. 105, die ersten Christen hatten solch Wissen der H. Schrift nicht. Sed fallit & fallitur. Refutat eum praxis Berrhoensium, A&. XVII, II. Præterea non pauci lingua illa, in qua Θεοπνευστοι scripserunt, utebantur ut vernacula. Et quantopere ex patribus Hieronymus operam dederit philologiæ hebraicæ patet ex H. E. Deinde si vel maxime ex patribus permulti fuissent, quibus defuerint præsidia philologica, & hanc ob causam scripturam male sæpe explicarint, ista tamen in re patres imitandos esse a ministris verbi nostro tempore, non magis sequitur, quam si dicerem: Origenes thus obtulit Idolo, ergo etiam ministris nostris idem faciendum est. Illam autem calumniam, qua *Logicorum* doctrinam, a patribus damnatam esse innuit cum reliquis Fanaticis autor epistolarum Theosoph., accurate, ut solet, examinavit, omnesque nebulas veritati ab inimicis Logicæ obductas, dispulit *Conradus Hornejus* in tractatu auro quovis cariore de processu disputandi cap. II, in quo ipsa patrum verba disputandi methodo objici solita, produxit & evidentissime ostendit, eos nullo pacto genuinam Dialecticam repudiasse; sed eam veluti theologo maxime necessariam commendasse, *disputationum discipline*, scribit August. L. 2. de doctr. Christiana, ad omnia questionum genera, quæ in literis sanctis penetranda & dissolvenda, plurimum

211673